Anzeigeblatt
für die Erzdiöceſe Freiburg.

Nro. 1. Freiburg, den 22. Januar 1868. XII. Jahrgang.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
PII
DIVINA PROVIDENTIA
PAPAE IX.
ALLOCUTIO
HABITA
IN CONSISTORIO SECRETO
DIE XX. DECEMBRIS MDCCCLXVII.

VENERABILES FRATRES!

Dives in misericordia Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, moestis rebus jucunda permiscet, Venerabiles Fratres, ut in eo semper sperantes, nullisque deterriti difficultatibus pergamus alacriori usque animo justitiae iter insistere, et Ecclesiae suae sanctae causam impavide propugnare, omnesque vires ad Apostolici ministerii Nostri partes explendas intendere. Omnes profecto vident, quanta divinae suae bonitatis argumenta praebere dignetur clementissimus Dominus inter gravissimas calamitates, quibus in hac tanta temporum iniquitate ubique afflictatur Ecclesia, et haec Apostolica Sedes premitur, atque inter maxima, quibus undique cingimur, pericula. Et sane dum Satanas ejusque satellites, et filii horrendis quibusque modis contra divinam nostram religionem, contra Nos, et hanc Petri Cathedram furere, et saevire, ac infelicissimae Italiae populos, ex parte longe maxima Nobis devotissimos, divexare non cessant, misericors, ac miserator Dominus miris ostentis adest Ecclesiae suae, adest Nobis, et omnipotenti sua auxiliatur virtute. Enimvero, Venerabiles Fratres, omnes catholici orbis Sacrorum Antistites arctissimo fidei, caritatisque vinculo Nobis, et huic Sanctae Sedi in dies obstricti unanimes, et id ipsum sentientes qua voce, qua scriptis rei catholicae causam defendere, et Nos, et hanc Apostolicam Sedem omni ope juvare non desinunt. Atque etiam laici viri in magnis, publicisque per Europam congressibus suam attollunt vocem ad catholicae Ecclesiae, et hujus Sanctae Sedis jura tutanda, et ad civilem Nostrum, ejusdemque Sedis Principatum vindicandum. Quae ejusdem civilis Principatus causa in Parisiensi praesertim Senatu, et in Collegio legibus ferendis nuper fuit unanimis prope suffragiis ac sententiis splendide et magnifice propugnata, bonis omnibus plaudentibus et exultantibus. Catholici autem populi abominandam inimicorum nostrorum perfidiam, vehementer detestantes publicis, ac splendidis significationibus filialem suam erga Nos, et hanc Sanctam Sedem pietatem et venerationem declarare, et continuis largitionibus Nostras, ejusdemque Sedis angustias sublevare gaudent, atque utriusque sexus fideles, licet pauperes, suo aere Nobis opitulantur. Ac praesto sunt inter Ecclesiasticos, Laicosque Viros tum clarissimi Scriptores, qui suis operibus, tum disertissimi oratores, qui suis sermonibus in publicis quoque conventibus veneranda, et inconcussa justitiae, veritatis, et hujus Apostolicae Sedis jura diligenter, sapienterque defendere, et adversariorum mendacia refellere summopere gloriantur. Quamplurimi autem viri nobilissimo etiam genere nati ex omnibus fere regionibus religionis causa excitati, propriis familiis, ac etiam uxoribus, filiisque relictis, ad hanc urbem certatim concurrunt, et omnibus despectis incommodis ac periculis, Nostrae militiae nomen dare, et pro Ecclesia, pro Nobis, ac pro civilis Nostri, et hujus Sanctae Sedis Principatus defensione vitam ipsam profundere non dubitant. Nec desunt catholici parentes, qui religionis spiritu incensi filios suos etiam unigenitos ad hujus Sanctae Sedis causam tuendam mittunt, et illustre Machabaeorum matris aemulantes exemplum, illos pro hac causa sanguinem fudisse gloriantur et gaudent.

Accedit etiam, ut populi civili Nostrae ditioni subjecti, quamvis nefariis omnis generis insidiis, minis, damnisque a perditissimis hominibus exagitati, tamen stabiles et immoti in sua erga Nos, et hanc Sanctam Sedem fide permaneant. Quos inter profecto eminet Romanus Populus Nobis penitus dilectus, summisque laudibus decorandus, cum fere omnes cujusque ordinis, gradus et conditionis hujus Almae Urbis cives singulari Nos affectu et obsequio prosequi ac civili Nostro et Sanctae hujus Sedis Imperio obtemperare, Nobisque succurrere summopere gestiant. Nostis autem, Venerabiles Fratres, qua fidelitate Nostri milites omni certe laude dignissimi excellant, et qua admirabili virtute ipsi contra scelestissimorum hominum turmas depugnarunt, et quanta cum gloria in acie mortem pro Ecclesia occubuere. Ac probe scitis, Serenissimum ac Potentissimum nobilis et generosae Gallicae Nationis Imperatorem gravissima Nostra considerantem pericula, strenuos suos misisse milites, qui cum praestantissimis eorum Ducibus omni alacritate et studio in Nomentano praesertim, et Eretino certamine Nostris militibus auxilium dare, et cum ipsis fortiter dimicare, et pro hac Sancta Sede cum summa sui nominis laude mortem oppetere laetati sunt. Neque ignoratis quomodo in sacrarum praesertim expeditionum regionibus, Deo auxiliante, divina evangelii lux quotidie magis effulgeat, ac sanctissima nostra religio majora incrementa suscipiat, et sedentes in tenebris, et umbra mortis, depulsa mentis caligine, ad sanctae matris Ecclesiae sinum confugiant, et quomodo ubique varia pia instituta quibusque christianae, civilisque societatis classibus et necessitatibus vel maxime utilia in dies augeantur.

Quae quidem omnia a Nobis breviter commemorata, ac multiplices impiorum hominum insidiae miro modo detectae, ac dissipatae luculenter ostendunt, quomodo omnipotens, et misericors Dominus, in cujus manu sunt hominum corda, Ecclesiam suam mirifice tueatur, defendat, et evidentissime confirmet, inferi portas nunquam adversus eam esse praevalituras, Ipsumque Nobiscum esse omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Itaque, Venerabiles Fratres, maximas, ac immortales clementissimo misericordiarum Patri pro tot acceptis beneficiis semper agamus gratias, omnemque spem, et fiduciam in Eo unice collocantes non desistamus ferventissimis precibus Ipsum exorare, ut per merita Unigeniti Filii sui Domini Nostri Jesu Christi pergat Ecclesiam suam ab omnibus eripere calamitatibus, ac Nos liberare a Nostris, Suisque inimicis, eorumque impia consilia et desideria confundere, et dissipare. Atque etiam Eum deprecemur, ut eosdem inimicos atque etiam illos, qui contra Nos pugnantes in Nostrorum militum potestatem redacti, omnique caritate a Nobis tractati in sua pertinacia persistunt, ad salutare poenitentiam, ac rectum justitiae tramitem reducere dignetur. Quo vero facilius annuat Deus precibus nostris, deprecatores apud Eum indesinenter adhibeamus primum quidem Immaculatam Deiparam Virginem Mariam, quae omnium nostrum est amantissima mater, ac potentissimum christianorum auxilium, quaeque *quod quaerit invenit, et frustrari non potest;* deinde vero Beatissimum Petrum Apostolorum Principem, et Coapostolum ejus Paulum, omnesque Sanctos Caelites, qui cum Christo regnant in caelo. Antequam vero dicendi finem facimus Nobis temperare non possumus, quin meritas, amplissimasque laudes tribuamus, et gratissimi animi Nostri sensus iis omnibus, et singulis profiteamur, qui Nostram, hujus Sanctae Sedis, Ecclesiaeque causam tum voce, tum scriptis, tum subsidiis, tum alia quavis opera, ac vel ipsius vitae discrimine tanta cum sui nominis gloria propugnare contendunt. Atque haud omittimus in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione Deum, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit, humiliter enixeque precari, ut istos omnes Ecclesiae suae filios Nobis carissimos, ac strenuissimos ejusdem Ecclesiae defensores uberrimis quibusque divinae suae gratiae donis, omnibusque caelestibus suis benedictionibus cumulare velit.

Die Erwählung der Geiſtlichen zu Geſchworenen oder Schöffen betr.

Nro. 90. Wir bringen die diesſeitige Verordnung vom 12. Januar 1867 (Erzb. Anz. Bl. 1867 I.), wonach Geiſtliche die Verrichtung als Geſchworene oder Schöffen nicht übernehmen können, mit dem Anfügen in Erinnerung, daß die Geiſtlichen ihr Befreiungsgeſuch von dieſen Aemtern gemäß § 4 Beil. I. und § 2 Beil. II. zur Strafprozeßordnung rechtzeitig im Hinblick auf § 7 der cit. Beil. I., d. h. innerhalb 14 Tagen nach Auflegung der Urliſte bei dem Bürgermeiſter ihrer Gemeinde einreichen wollen.

Auf Grund des § 4 a. E. der cit. Beil. I. iſt es indeſſen den Geiſtlichen geſtattet, die fraglichen Verrichtungen für immer abzulehnen.

Freiburg, den 9. Januar 1868.

Erzbiſchöfliches Ordinariat.

Das Süddeutſche Katholiſche Schulwochenblatt betr.

Nro. 418. Es bedarf wohl keines Nachweiſes, wie gerade die Gegenwart an den Hochwürdigen Clerus die unerläßliche Anforderung ſtellt, daß derſelbe ein eingehendes Verſtändniß im Schulweſen ſich aneigne, und ſich mit den beſten und fruchtbarſten Methoden und Hilfsmitteln namentlich des Elementarunterrichts bekannt mache.

Da das Süddeutſche Katholiſche Schulwochenblatt, redigirt von Schulinſpector Dr. A. Pfiſter in Rißtiſſen und Pfarrer Fr. J. Knecht in Buchholz, dieſem Bedürfniſſe anerkanntermaßen in vortrefflicher Weiſe genügt, ſo können wir die Verbreitung, die Unterſtützung und das Halten dieſes Schulblattes von Seiten unſeres Hochwürdigen Clerus nur dringend empfehlen.

Freiburg, den 9. Januar 1868.

Erzbiſchöfliches Ordinariat.

Die Verleihung des Decan Herz'ſchen Stipendiums betr.

Nro. 320. Das von Decan Herz für einen Theologen geſtiftete Stipendium von jährlichen 120 fl. iſt in Erledigung gekommen.

Den Vorrang unter den Bewerbern haben Bürgersſöhne aus Stockach. Inſofern jedoch keine Bewerber aus Stockach und der Grafſchaft Nellenburg überhaupt vorhanden ſind, können auch Andere berückſichtigt werden. Die Bewerber haben ihre Bittgeſuche mit Geburts- und Vermögenszeugniß und den theologiſchen Fortgangszeugniſſen bei dem Erzbiſchöflichen Ordinariate binnen ſechs Wochen einzureichen.

Freiburg, den 16. Januar 1868.

Erzbiſchöfliches Ordinariat.

Die Verwendung des Bauſchillings erledigter Pfründen betr.

An die Erzbiſchöflichen Camerariate und die Katholiſchen Stiftungscommiſſionen:

Nro. 25,032. Die Pfründnießer von Pfarreien und Beneficien haben, ſoweit nicht dieſen ſelbſt die Baupflicht zu den Pfründegebäuden obliegt, die kleineren, ſonſt vom Miether zu tragenden Bauausbeſſerungen gemäß Art: 21 des Bauedikts vom 26. April 1808, Reg.-Blatt Nro. XIII, nur inſoweit zu übernehmen, als die Koſten aus dem für jede Pfründe feſtgeſetzten Bauſchilling beſtritten werden können. Aller weitere Aufwand fällt dem Bauherrn zur Laſt. Gleichwohl erſcheint der Letztere nicht verflichtet, einem Pfründnießer die *über* den Bauſchilling verwendeten Beträge zu erſetzen. —

Während der Vacatur einer Pfründe tritt an Stelle des Pfründnießers die Intercalarkaſſe. Auch für ſie gelten die erwähnten Beſtimmungen. Würde darum aus der Intercalarkaſſe *mehr* als der feſtgeſetzte Bauſchilling verwendet, ſo müßte ſie den Mehrbetrag auf ſich behalten und würde damit mehr leiſten, als ihr eigentlich obliegt. Allerdings ſind weder die Stiftungscommiſſionen noch Camerariate befugt, auf die Intercalarkaſſe Koſten anzuweiſen, zu deren Tragung dieſe nicht verpflichtet iſt. Auch beſtimmt § 25 der Dienſtvorſchriften vom 12. Mai 1863, daß Ueberſchreitungen des Bauſchillings auf Gefahr des Intercalarrechners geſchehen. Gleichwohl kamen bisher derartige Mehrverwendungen vor. Um ſolchen für die Zukunft vorzubeugen, ordnen wir mit Zuſtimmung des Erzbiſchöflichen Ordinariats an, daß künftig in allen Fällen, wo *einem Dritten* die Baupflicht zu den Pfründegebäuden obliegt, *während der Vacatur auf Koſten der Intercalarkaſſe keinerlei Bauausbeſſerungen* vorgenommen werden dürfen, daß vielmehr der Bauſchilling *jeweils baar an den Bauherrn zu verabfolgen iſt.*

Bezüglich der den Bewohnern von Pfründegebäuden *ohne Rückſicht auf den Bauſchilling* zur Laſt fallenden Koſten *für Reinigung der Oefen und Kamine* u. ſ. w. verbleibt es bei der Beſtimmung in Abſatz 2 der dieſſeitigen Bekanntmachung vom 12. Februar 1867 Nro. 3180 — Erzbiſchöfliches Anzeigeblatt für 1867 Nro. 4. —

Carlsruhe, den 29. November 1867.

Katholiſcher Oberſtiftungsrath.

Ziegler. Becker.

Den Einzug der Münzen Naſſauiſchen und Heſſen-Homburgiſchen Gepräges betr.

Nro. 26,359. Nachſtehenden Erlaß bringen wir andurch mit dem Anfügen zur öffentlichen Kenntniß, daß nach der Entſchließung Großherzoglichen Miniſteriums der Finanzen vom 30. v. Mts. Nro. 7099/7100 ſämmtliche Großh. Bezirks- und

Centralkaſſen der Finanzverwaltung angewieſen worden ſind, auch von den unter dieſſeitiger Aufſicht ſtehenden Verwaltungen und Fondsverrechnungen, ſowie von andern öffentlichen Kaſſen auf Verlangen die Einwechslung Naſſauiſcher und Heſſen-Homburgiſcher Münzen — ſoweit dieſelben zum Einzug beſtimmt ſind — vorzunehmen.

Carlsruhe, den 17. December 1867.

Katholiſcher Oberſtiftungsrath.

V. V. d. Pr.

Manz. Welde.

Miniſterium der Finanzen.

Carlsruhe, den 26. October 1867.

Den Einzug der Münzen Naſſauiſchen und Heſſen-Homburgiſchen Gepräges betr.

Nro. 6470. An ſämmtliche Großherzogl. Staatskaſſen:

Nach einer unter dem 19. Auguſt l. J. ergangenen Verordnung der königlich preußiſchen Regierung treten in den im Jahr 1866 mit der preußiſchen Monarchie vereinigten Landestheilen, ausſchließlich des Gebiets der vormaligen freien Stadt Frankfurt a. M., die in dem älteren Staatsgebiete geltenden Beſtimmungen über das Münzweſen in Kraft und ſollen die Münzen Schleswig-Holſtein'ſchen, Naſſauiſchen und Heſſen-Homburgiſchen Gepräges, mit Ausſchuß der Vereinsthaler, ſowie die Kupfer-Münzen Hanover'ſchen Gepräges, unter Beobachtung der Beſtimmungen in Art: 13 und 15 des Münzvertrages vom 24. Januar 1857, gegen preußiſche Landesmünzen eingelöst werden.

Die Friſt zur Einlöſung iſt bis jetzt nicht bekannt gemacht. Sämmtliche Großh. Staatskaſſen werden aber beauftragt, die bei ihnen eingehenden Münzen Naſſauiſchen und Heſſen-Homburgiſchen Gepräges — mit Ausnahme der auch ferner im Curs bleibenden Vereinsthaler — ſchon von jetzt an nicht mehr auszugeben, ſondern beſonders verpackt und bezeichnet an die betreffende Centralkaſſe einzuſenden, auch den untergebenen Stellen, mit welchen Kaſſen verbunden ſind, die Einlieferung der fraglichen bei ihnen eingehenden Münzen aufzugeben.

(gez.) **Mathy.**

Dienſternennungen.

Seine Erzb. Excellenz haben den bisherigen Präfecten Joſeph Litſchgi am Erzb. Knabenſeminar dahier durch Entſchließung vom 6. Januar zum Director des Erzb. Collegii theologici ernannt.

Seine Erzb. Excellenz haben den bisherigen Vicar Otto Steiger von Kirchhofen durch Entſchließung vom 6. Januar zum Präfecten des Erzb. Knabenſeminars ernannt.

Zu Erzbiſchöflichen Schulinſpectoren wurden ernannt:
Für das Landcapitel Weinheim: Pfarrer Franz Joſeph Romer von Weinheim.
„ „ „ Hegau: Decan und Pfarrer Pfirſig von Bohlingen und Pfarrer Steyert von Weiler.
„ „ „ Neuenburg: Pfarrer Werkmann von Heitersheim und Pfarrer Huber von Bellingen.

Meßner- und Organiſtendienſt-Beſetzungen.

Durch Ord.-Erlaß vom 26. September 1866 Nro. 8716. iſt Hauptlehrer Friedrich Trunk in Grünsfeldhauſen als Meßner und Organiſt an der Filialkirche daſelbſt beſtätigt und am 6. December v. J. in ſeinen Dienſt eingewieſen worden.

Durch Ord.-Erlaß vom 19. September v. J. iſt Hauptlehrer Martin Diemer in Neunkirchen als Meßner und Organiſt an der Pfarrkirche daſelbſt beſtätigt und am 27. October v. J. in ſeinen Dienſt eingewieſen worden.

Durch Ord.-Erlaß vom 14. November v. J. Nro. 10,129 iſt Hauptlehrer Joſeph Heberle in Hemmenhofen als Meßner und Organiſt an der Pfarrkirche daſelbſt beſtätigt und am 8. December v. J. in ſeinen Dienſt eingewieſen worden.

Die Verſendung des Perſonalſchematismus betr.

Die mit der Einſendung der Beſtelllisten noch im Rückſtande befindlichen hochwürdigen Decanate werden um gefällige Erledigung der Sache dringend erſucht. Mit Rückſicht auf die jetzigen Verkehrsverhältniſſe werden nunmehr auch Einzelbeſtellungen unter Beilage von 43 Kreuzern (36 kr. der Preis, nebſt 7 kr. Porto) in Briefmarken prompt effectuiert.

Expeditur des Erzb. Ordinariats.

Verantwortliche Redaction: Erzb. Kanzlei. — Druck und Verlag von J. Dilger in Freiburg.